



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

46 Clericorum appellatione, qui veniant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

- illi verò, & c. *quanta, de sentent. excommun.* & Navar. c. 17. n. 51. Et tam viri, quam feminæ, & tam senes quàm juvenes, & denique omnes habentes iudicium ad peccatum mortale committendum aliquem actum prædictorum committentes, dictam censuram incurrunt, gloss. in dicto c. *si quis suadente, in verb. si quis, 17. quest. 4.* At deficiente iudicio, ad peccatum mortale committendum, non incurritur, quia nisi ob peccatum mortale non incurritur in excommunicationem cap. *nemo, 11. quest. 3.* & Navar. eodem cap. 27. num. 9. & num. 76.
- 46 Appellatione autem ¶ clericorum veniunt, omnes ordinem ecclesiasticum habentes, etiam clerici primæ tonsuræ, cap. *cleros, 21. distinct. c. cum contingat. de etat. & qualitat.* sicut appellatione monachi ¶ veniunt omnes professi, & professæ in religione approbata, etiam novitij, & novitiæ, ac conversi, & conversæ religionis approbatae, qui omnes privilegio canonis gaudent, c. *Monachi, c. parochianos, cap. de monialibus, & cap. cum illorum. extra de sentent. excommun. & cap. religiosa, §. fin. & ibi gloss. in ver. non possit, eodem tit. in 6. Navar. in cap. 17. num. 79. & Greg. Sayr. Thes. cas. consien. par. 1. lib. 3. cap. 26. num. 1. 2. 3. 4. & 5.*
- 48 De iure autem civili ¶ Sacerdotibus, & ministris ecclesiæ injuriam inferentes capitaliter puniri debent, l. *si quis in hoc genus,* & ibi Bald. & Salic. C. *de Episc. & cler.* Qui verò dictam excommunicationis sententiam, ob violentam manuum injectionem in clericos incurrant: qui dicta de causa excommunicati ab alio, quam à Romano Pontifice absolvi possint, & in quibus non contrahatur dicta excommunicatione optime scripsit Card. Tolet. in *Instruct. sacerdot. lib. 1. c. 31. & seq. & Consl. in tractatu de fact. scil. & igno. Centu. 2. distinct. 13.*
- 49 Secundò, ¶ committitur sacrilegium per coitum cum moniali sacra, c. *impudicus, 27. quest. 1.* Et est peccatum gravissimum, ut supra dixi, pro quo clericus cuiuscunque sit gradus, & dignitatis, est deponendus, & ab omnibus ordinibus sacris, officiis, & beneficiis priandus, ac in arctum monasterium ad perpetuam pœnitentiam peragendam est tradendus, & laicus excommunicandus, ut c. *si quis Episcopus, & c. si qua monachatum, 27. quest. 1.* & de iure civili pœna mortis plebendendus, ut distal. *si quis in hoc genus, l. si quis, non dicam, C. de Episc. & cler.* Quæ generaliter loquitur de quacunque injuria illata ecclesiæ, monasterio, vel personis ecclesiasticis, & cum in hoc peccato tria concurrant videlicet, sacrilegium, adulterium, & incestus, pro dictis criminibus pœna capitalis incurritur, ut l. *adulterium cum incestu, ff. de adult. l. quamvis §. fin. C. eodem tit. Gril. in suo tractat. lib. 3. de pœnit. omis. coit. quest. 1. numer. 23. in fin. & numer. 24.*
- 50 Tertiò, ¶ committitur sacrilegium circa locum sacrum, quando locus publicus sacer, ut est ecclesiæ, violatur, etiam inter laicos, præsertim cum sanguinis effusione, Farinac. in *prax crim. quest. 20. num. 22.* Vel illius cœmeterium, in destruendo, deystando, vel occupando, aut ejus iramunitates infringendo, ut cap. *frater, 17. quest. 4.*
- Et hoc casu præsupponendum est, quòd una est benedictio ¶ constitutiva sacri, qualis est benedictio, & consecratio eccle-